Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Sopho

super Juda et sr os habitatores Jerusalem et disp da de loco
hoc reliquias Baal et nomina edituorum cum sacerdotibus et eos
qui adorant super tecta militiae celi et adorant et jurant in dno
et jurant in melchom et qui aduertunt de posteriora dei et qui non
quesierunt dnm nec inquisiuerunt eum Silete a facie dni dei qm
iuxta est dies dni qm parauit dnus hostiam sanctificauit vo
catos suos Et in die hostiae dni visitabo super principes et super
filios regis et super omnes qui induti sunt ueste peregrina Et
visitabo super omnem qui arrogant ingredient super limen
in die illa qui implent domum dni dei sui iniquitate et dolo
Et erit in die illa dicit dnus Vox clamantis a porta piscium
et ululatus a secunda et contritio magna a collibus Vlulate
habitatores pile Conticuit omnis populus Chanaan disperiunt
omnes nummularii argenti Et erit in tempore illo Scrutabor Jhrlm
in lucernis et visitabo super viros defixos in fecibus suis qui dicunt
in cordibus suis non faciet bene deus et non faciet male et erit
fortitudo eorum in direptionem et domus eorum in desertum Et edifica
bunt domos et non habitabunt et plantabunt vineas et non
bibent vinum earum Juxta est dies dni magnus Juxta et velo
cissimus Vox diei dni amara tribulabitur ibi fortis Dies illa dies
ire dies tribulationis et angustiae dies calamitatis et miseriae
Dies tenebrarum et caliginis dies nebulae et turbinis Dies
tube et clangoris super ciuitates munitas et super angulos
excelsos Et tribulabo homines et ambulabunt ut cecci qm dno peccauerunt
Et effundetur sanguis eorum sicut humus et corpora eorum
sicut stercora Sed et argentum eorum et aurum eorum non poterit liberare
eos in die ire furoris dni In igne zeli eius deuorabitur
omnis terra Sequitur capitulum Sophonie II

visio

Conuertite congregamini gens non amabilis prius quam
pariat iussio quasi pulueris transeuntis diem antequam
veniat super uos ira furoris dni Quaerite dnm omnes
mansueti terre qui iudicium eius estis opera Querite iustitiam querite man
sueti si quomodo abscondamini in die furoris dni quia gaza